

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Certamen Oratorivm De Militari Gloria Inter septem  
Milites Hispanvm, Germanvm, Francvm, Italvm, Polonvm,  
Belgam, Hungarvm**

**Vernulaeus, Nicolaus**

**Coloniae, 1623**

Quaeftiunculae aliquot Militares

[urn:nbn:de:bsz:31-107383](#)



M  
I  
ORIS.  
QVINTU  
diceret  
nstruend  
itus corp  
n esse cap  
ianus abli  
anis, Ve  
qua Ga  
nie. Qu  
& ingeni  
pugnac  
constante  
nus aliquo

Quæstiunculæ aliquot:  
Militares.

I.

Quænam res in Bello maxime  
sint necessariae?

**R**ES, inquit Iacobus Triuul-  
lius magni nominis Bellator,  
Pecuniæ, Pecuniæ, Pecu-  
niæ. Carolus item Quintus  
Imperator Neroos Belli Pe-  
cuniam, commeatus, Mili-  
tess esse dicebat; verum si ex ijs vnum esset eli-  
gendum, Militem se veter anum electurum,  
cuius industria & fortitudine reliqua dñō se-  
ex hoste comparaturum considereret.

II.

Quod discrimin inter Rusticos  
& Milites?

**Q**UOD Louis XII. Francia Rex dicebat Ple-  
bem & Rusticos pascha esse Tyranno-  
rum

D. 24.

8333

rum & Militum ; Milites pascua esse Da-  
monum.

III.

Quis finis sit Belli Ducis  
Christiani.

CVm apud Carolum Quintum Imp. An-  
tonius Leua alijqz duces Iulium Ca-  
sarem & Alexandrum extollerent , quere-  
renturque Imperatorem sui victorij ad sue  
potentia & magnitudinis amplificationem  
quantum posset & deberet non ut i. respondit,  
Imperator, Alexandro & Iulio Cæsari in bel-  
lis gerendis vnum fuisse finem Honorem &  
Gloriam ; Christianis autem ducibus duos  
esse propositos, Honorem, & Animæ salu-  
tem.

IV.

Quantum positum sit in Astutia  
& fortitudine Ducis.

CVm aduersus Albertum Marchionem  
Brandenburgensem Germaniae superio-  
ris Ciuitates, vt Norimbergensisibus au-  
xilio essent , numerosissimum exercitum in-  
struerent, interrogauit quipiam , Ut quid  
tantum populum aduersus vnum Principem  
nec ita diuitem armarent? Cui è primoribus  
Ciui-

*Pascua* 111  
i Ducis  
intum Imp.  
ses, Iulium  
lerent, qu  
e victorys ad  
mplificatum  
n vti, respons  
io Cesari in h  
a Honorem  
Ducibus de  
Anima sali  
an Astutia  
acis,  
im Marchion  
ermania super  
nvergesibus  
n exercitum in  
biam, Ut qu  
num Princip  
ui è primordi  
C  
Ciuitatum vnuis. Desipit, inquit; Homo; vanus  
in Alberti astutia, & fortitudine omnium  
Germania Principum vires, opes q<sub>3</sub>, continen-  
tur. Nec vana vox fuit: suas enim in Partes  
Septemdecim Principes traxit, & Ciuitates  
ad Pacem petendam coegit.

## V.

An Cœci Militare etiam  
possint.

**I**ohannes Bohemia Rex, Henrici VII. Imp<sup>o</sup> /-  
Filius, & Caroli IV. Pater ita Belli stu-  
dium amabat, vt cœcus etiam in militia  
pro officiis creteretur. Prælio interfuit inter Eduar-  
dum Anglia, & Philippum Gallia Reges, ma-  
num conseruit armatus, & fortissime pu-  
gnans tandem occubuit. Ziska item Bohe-  
mus & cœcus bellum feliciter gesit, Bohe-  
mosq<sub>3</sub> Catholicos, & Teutones magnis cladi-  
bus affecit. Is moriturus cum rogaretur, de  
corpo suo quid fieri mandaret, Pellel, in-  
quit, mortuo detrahite, relictq<sub>3</sub> feris cada-  
uere, ex ea tympanum, quo in prælijs ut ami-  
ni, conficie. Nam vt hostes viuentis aspectum  
non ferebant, ita mortui sonitus non fe-  
rent.

D. 33

Qui-

VI.

Quinam potissimum in pugnis committendis laudandi?

**H**Enricus IV. Francia Rex eos vehementer laudabat, qui feriendi prudenter captant occasionem, & dextro Marte cedunt. Illos vero, qui explorati hostium viribus, si paulo debiliores sint, pugnare non audent, Sapientes Ignatos appellabat: Alios, qui nullo consilio in confertissimos hostes irruunt, cum repugnare non possint, fortes stultos esse duebat.

VII.

An Vrbium oppugnatio facile suscipi debeat?

**S**Cipio Romanus aut tentare urbem non portere, dicebat, aut sic tentare, ut omnibus viribus, quod instituisti, coneris perficere. Nam bis ad eundem lapide offendere simul pericolosum est, & contemptui obnoxium. Onofander autem duo in urbium oppugnatione requirit, ducis virtutem & prudentiam cum machinarum apparatu. Deinde, ut non minus occultent sua consilia absidentes, quam qui absidione urgentur. Volebat

lebat Appius Claudius obsidiosem non tra-  
hendam, sed premendam esse. Quippe per in-  
termissiones & interuallatentiores spes no-  
stras facimus. Et, vt alius dicebat, Multa  
bella impetu valida per tedia ac moras eua-  
nuere.

### VIII.

An Belli Dux temporum habere  
rationem debeat?

**P**yrhus cum positis circa Naupliam ca-  
stris Regem Antigonum in campum pu-  
gnamq; prouocaret, respondit Antigo-  
nus suam militiam non magis armorum,  
quam temporum esse, Pyrrho, si sua vita ta-  
dium illum caperet, satis multas ad interi-  
tum vias patere.

### IX.

Quomodo animandi Milites, vbi  
prædæ nulla spes est?

**A**lbertus Austriacus, Belgarum Prin-  
ceps, in difficult illa longaq; Ostendæ  
obsidione, Castrasua in quatuor di-  
uersatum Natione <sup>cole</sup> acies partitus est, & qua  
prima omnium irruptionem in oppidum fa-  
ceret,

ceret, ei plurimam auri vim, præter stipendium, addixit, in prædæ nimirum remunerationem, quam ex urbe minus sperabant. Urbe paulò post, per Illustrissimum Spinolam potitus est. Magna præmia magnos faciunt asimos.

X.

Qualis esse Miles debeat?

**M**iles, secundum Vegetum, debet esse vigilantibus oculis, erecta ceruice, latore pectore, bumeris musculosis, valentibus digitis, longioribus brachijs, ventre modicus, exilior cruribus, suris & pedibus non superflua carne distentis, sed nervorum duritie collectis. Secundum eundem, aptior armis rustica plebs est, quam urbana. Quod, ut dicebat Cato, ex agricolis viri fortissimi, & milites strenuissimi gignantur.

XI.

An, & quo pacto Belli Dux quiescere in Exercitu possit?

**P**hilippus Macedoniar Rex cum in Exercitu multo tempore dormiuisset, experges factus tandem, ijs qui circa se erant, Tuto, inquit, dormiui, vigiliavit enim Antipater.

prater fin  
un remuner  
ber abut. vi  
Spinola m  
ignos fac  
  
beat?  
um, debet  
recta ceru  
infectis, pa  
achib, pen  
is & pedili  
ed nervosu  
lem; aptin  
hana. Quod  
ifortissim  
ur..  
  
x quiete  
re?  
  
cum in Exe  
nusser, exp  
ir case eran  
em manu antiq  
111

ter. Quo dicto prudentissimus Rex indicauit,  
tuto Belli Ducem aliquando dormire posse,  
dum aliquis est praestantissimus, qui secundas  
teneat partes, interea exercitu proficiatur.

### XII.

Ancum obsessi mulierculas, pueros &  
senes dimittunt, remittere de-  
beant obsidentes?

**O**vozander suadet, ut cibaria citius  
absument, & hostium magis, quam  
sociorum munere fungantur. Alphon-  
sus autem Aragonie Rex in caiet & obsidione  
cum Oppidani impuberis, senes, mulieres  
vrbe pepulissent, miseratione motus summa  
eos humanitate exceptit, & obijcenti cur il-  
los non remitteret, cum ita futurum esset, ut  
breui vrbs in potestatem veniret, Plures, in-  
quit, facio horum vitas, quam centum  
Caietas. Hac humanitate vrbum in deditio-  
nem redigit.

### XIII.

An Milites in Exercitu auro & monili-  
bus ornati esse debeant?

**P**escennius nolebat a milite aurum gem-  
mas & monilia in aciem asportari, ne  
alacritas hostis, præda & cupidine inflam-  
mare-

*Sic illuc  
et editio*  
*maretur. Romani horridum militem esse vor-  
lebant, non cælatum auro argentoq; sed ani-  
mis & ferro fætum. Et Mutius Sfortia Al-  
phonsum Neapolitanum risisse dicitur, cuius  
exercitum nihil erat videre splendius.*

#### XIV.

*Quantum possit Ducis  
Exemplum?*

**C**VM Rodolphi primi Imperatoris in  
Prælio contra Ottocarum Bohemiae Re-  
gem Exercitus sibi laboraret, animoq;  
remitteret, ablata est rustico cuidam messo-  
ribus potum ferenti hydria sicera plena, &  
Imperatori oblata. Quam cum ille vidisset,  
Reddite, inquit, homini isti vasculum suum,  
nam ego Exercitui, non mihi sitiebam. Hac  
voce omnium fitim extinxit: resumptis mox:  
animis vñctores euaserunt.

#### XV.

*Quomodo accipiendæ sint à Belli  
Duce Ciuitates deditæ.*

**L**Eo Imperator, Si Deo, inquit, annuen-  
te subiiciatur tibi ciuitas, vel ob metu  
obsidionis, vel aliam ob causam, cle-  
menter ac beneuole erga obfessos afficiaris.  
Sig.

Sic Alexandri Magni clementia plurimas in  
deditio[n]em vrbes accepit.

XVI.

An Clades accepta addere ani-  
mum valeat?

**C**onsalvus Fernandes praeclarus militis  
Dux cum Neapolim missus aduersus  
Gallos esset, prioris fortuna sua memor  
in antecessum sibi victoriam pollicebatur. Un-  
de remissus se se gerere, hostemq[ue] contemne-  
re coepit, veluti nominis sui fama perculsum.  
Tandem cum Gallis conseruit manum, quo-  
rum dux dominus d' Aubigny, & ingenti af-  
fectus est clade. At ille cautior indefactus  
sic poste a se gesbit, ut Gallos diuersis pralijs  
prostigiarit, ac regni tandem finibus magna-  
cum sua laude depulerit.

F I N I S.

